rerum, deinde unicuiq; numero sua quoq; num.° praest intelligentia res autem sunt mortales, ut mutationi, corruptioniq; subditae intelligentiae immortales, et a mutatione, corruptioneq; alienae, rebus itaq; pereuntibus non itidem pereunt, et earum spus, mortuo Achille non perijt ei genius, remansit, et forte idem postea fuit genius Alexandri magni.

Intelligentia autem qualr in sua specie varijs bonitatis, dignitatis, virtutis, vitij, et caeterarum qualitatum, quae in ipsas cadere possunt gradibus distinguuntur geniorum e.g. sunt enim Genij Intelligentiae humanae, quidam sunt sapientes item, et sapientum quidam plus minusue sapiunt sic Socratis genium Epicurij genium sapientia superasse dici poterit, quidam sunt fortes. Itemq; ex illis hic pluribus, hic paucioribus pollet viribus sic Alexi Magni genius Darij genio fortior. Itemq; Paridis genius licet superior tamen ipso Achillis ignobilior fuit quid Industrij, pariterq; eorum non equalis et industria genius enim Paschasij Leuclidis genio peritior fuit &.

Ipsa autem Intelligentia non sorte, nec ad libitum hoc, vel illud Individuum sibi assumunt superioribus enim ancillantur inferiores nihilq; nisi Coelestium Angelorum decreto moliuntur sublunares Intelligentiae, quo autem